



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 43. Ferdinandus Barcinone periculo vitæ expositus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.  
A.C. 1492.

## §. XLIII.

---

*Ferdinandus Barcinone periculo vitæ expositus.*

Verum parum absuit, quin Ferdinandus Barcinone vitæ suæ jacturam fecisset; quippe hoc anno die septima Decembris, cum aulicorum ac Magistratum quamplurimis stipatus Palatium egredieretur, derepente Cataloniensis quidam rusticus, nomine Joannes Cannamares, subtus portam, quam Rex transibat, delitescens in eum irruit, ac distrito gladio illum colum inter & humerum tanto furoris impetu vulneravit, ut certo certius trucidatus cecidisset, nisi torques

*Marian hist. aurea, quam perpetuo gestare affuevit.*  
*Hisp. l. 26. rat, ictus violentiam hebetasset. Ferdi-*  
*c. 4. nandus, accepto vulnere, a solita ani-*  
*Petrus Mar- mi sui serenitate non modo nil penitus*  
*tyr Angle- remisit, sed etiam cum omnes eum co-*  
*rius epist. mitantes in Sicarium manus injicerent,*  
*126. 127. & ipse ulceriscentium ardorem inhibuit, ac*  
*132. pacato animo reum custodiæ tradi præ-*  
*Surita An- ceperit, eo consilio, ut hujus confessione*  
*mal. tom. 5. ceteri complices proderentur; satis enim*  
*& I. 6. 12. sibi persuasum habebat, tam audax faci-*  
*nus conspirationis in se conflatae indicium*  
*suisse. Dein Rex inspecto vulnere, ac*  
*prima manu curationi adhibita præcipue*  
*eo curas intendit, ut Regina de fati in-*  
*vidia*

vidia, & vulneris levitate edoceretur. Sæcul. XV.  
Post hæc Sicario quæstioni subjecto, ma- A.C. 1492.  
nifeste apparuit, hunc mente captum per  
quietem somniaffe, quod Arragoniæ reg-  
num ei jure competeret, Ferdinandus  
vero injustus illius detentor esset; quocir-  
ca Rex eum impune dimitti præcepit,  
nihilominus Rege inscio in illum lata est  
sententia, ut a quatuor equis in partes  
discerperetur; habita tamen dementia  
suæ ratione laqueo prævie suspensus obiit.  
Ceterum Ferdinandus sanato vulnere,  
sub finem Januarii cum tota aula Castel-  
lam reversus est.

## §. XLIV.

*Ruscinonis & Ceretaniæ Comitatuum  
restitutio confirmata.*

Ineunte anno Domini millesimo quadrin-  
gentesimo nonagesimo tertio pacta de  
reddendis Ruscinonensi, & Ceretano Co-  
mitatibus tandem utrinque confirmata  
fuere. Cessionis hujus tabulas die deci-  
ma octava Januarii Joannes Coloma Fer-  
dinandi Regis Minister, & nomine Ca-  
roli VIII. Ludovicus de Ambasia Albien-  
sis Episcopus Narbonnæ signabant. Ve- Marian, ibi  
rum Perpinianenses Hispanorum imperio  
infeasi, datis ad Borbonii Ducissam lite-  
ris hujus pacti executioni obluctati sunt:  
est insuperhabit, quas in epistola alle-  
gabant,